ad praesens super subdito suo solutionem contributionis per se exolutam non vult sal-
vam sibi repetitionem post exemptionem reservando, ideo citatum ad praesens li-
berum fecit et pronunciavit. Nihilominus tamen decrevit ut idem citatus futu-
rarum contributionum exactiones, Actori Domino a subdito suo non impediat
sub solutione de suo Decreti juris rigor.

Inter Szorcz et Krasowski Decretum

In causa et actione coram praesenti Castrensi Capitan. Bransensi officio vertente
et agitata Inter Generosum Stanislaum olim Thomae Szorcz de Krasowo haeredem
Actorem. Et Nobiles Georgium et Petri Krasowski et Helizabetham Krasowska
consortem ipsius invicem coniuges praesentia maritatam cum eiusdem mariti ipsius
assa et authoritate secundo post obter. poenam contum. citatos ideo. Quia ipsi
quasi sunt famulam Actoris propriam pro anno praesenti bene appreciatam Ho-
nestam Annam Masleiowna sine literis testimonialibus ad ipsos et ad bona
ipsorum Krasowo de eadem Villa Krasowo a Domino suo profugam suscipere pro
ut susceperunt per quod poenam Centum Marcarum polon. incurrerunt ad quam
super ipsis decernendi Una cum restitutione praefatae famulae Vita poena tri-
um Marcarum polon. Citatur citatione ipsa praemissa in se copiosius
continente. In termino itaque hodierno ex eadem citatione ad iuris ligne deveni-
ente et incidente. Officium praesens Castrense Capitan. Bransense controversiis
utriusque partium Actoris et citatorum per se stan. citatorum vero per Nobilem Geor-
gium Krasowski maritum a se et aconte sua exauditis et debite intellectis
ad negativam exceptionem partis citatae eidem contenta citationis et proposi-
tionis partis actoreae in eam vide iuramenti rotham prout famulam controv.
versam circa se non habet nec citatio et arestum eam circa ipsi perdue-
nit nec de ipsa scit ad imaginem Passionis Jesu crucifixi evadere
decrevit. Idque in sequentibus Querellarum Terminis in quibus parti utrique ad
exequenda praemissa et ad ulterius secum ea in causa iuridice procedendi
et id quod iuris erit decernendi paratum et peremptorium Terminum praefixit
et constituit. Tandem quoniam pars Actorea citatae parti Justi[illegible] in instan-
ti Juramentum iniunctum indulsit ideo officium hoc idem partem cita-
tam a causa et impetitione partis Actoreae liberam fecit et pronun-
ciavit

Inter Saszin et Grodski Decretum

In causa et actione coram praesenti Castrensi Capitaneali Bransensi officio
vertente et agitata Inter Nobilem Albertum olim Jacobi Saszin Actorem Et
Nobilem Jacobum olim Bartholomaei Grodzki de Zbutowo haeredem citatum
Ad Inscriptionem ips. Castrensem Wysocensem qua mediante inscripsit se eun-
dem Actorem in bonis per ipsummet obligatis de uno subdito quem cum pue-